

millies & quingenties professus: quamuis XX. proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset: Quod penè omne cum duobus paternis patrimonijs, ceterisq; hereditatibus in Republicam absumpisset. Iulias filiam, neptemq; si quid

• Alias, tribus.

his accidisset, uetuit sepulchro suo inferri. † De tribus uoluntinibus, uno mandata de funere suo completus est: Altero indicem rerum à se gestarum, quem uellet incidi in æneis tabulis, quæ ante mausoleum statuerentur: Tertio breuiarium totius imperij, quantum militum sub signis ubiq; † essent, quantum pecunie in ærario & fiscis, & uectigaliorū residuis. Adiecit & libertorum seruorumq; nomina, & à quibus ratio exigi posset.

Breuiariū cōpendiū. • Ali. ceter.

## SVETONII TRANQVILLI TIBERIVS CAESAR.

CAP. I.



ATRITIA gens Claudia (sunt enim & alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta est ex Regillis oppido Sabinarū. Inde Romam recens conditā, cum magna clientū manu cō-

Recens, p nuper.

† Ali. Tatio.

migravit, autore Tito Tatio consorte Romuli: uel quod magis constat, † Appio Claudio gentis princepe,

TIBERIVS CAESAR. 185

pe, post reges exactos, sexto ferè anno, à patribus in patritios cooptata. Agrum insuper trans Anicnem clientibus, lucumq; sibi ad sepulturam sub Capitolio publicè accepit. Deinceps procedente tempore, duodeviginti consulatus, dictaturus quinq; censuras septem, triumphos sex, duas ouationes adæpta est. Cum prænominibus, cognominibusq; uarijs distingueretur, Lucij prænomen consensu repudiavit, postquam è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinij, cædis alter cõuictus est. Inter cognomina autè, & Neronis assumpsit, quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus.

Ouationes. Ouatia dicitur ab ouare uerbo, quod est lætari & gaudiū mentis præ se ferre. Significat autè minorem triumphū, cū ingrediebantur uictores urbē coronati, sed pedites, aut certè non iūctis equis albis in curru.

Gens Claudiorum, & eorum gesta.

CAP. II.

**M**ulta multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in Rempubli-  
cam extant. Sed ut præcipua commemorem, Appius Cæcus societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem iniri dissuasit. Claudius Caudex, primus freto classe transiecto, Pœnos Sicilia expulit. † Claudius Nero aduenientem ex Hispania cum ingentibus copijs Asdrubalem, prius quàm Annibali fratri coniun-

<sup>4</sup> Alias, Tibrius.

M S geretur,



geretur, oppressit. Contra Claudius Appius Regilla  
 nus decemuir legibus scribendis uirginem ingenuam  
 per uim libidinis gratia, in seruitutem asserere cona-  
 tus, causa fuit plebi secedendi rursus à patribus.  
 Claudius Drusus statua sibi cum diademate ad Appij  
 forum posita, Italiam per clientelas occupare tenta-  
 uit. Claudius Pulcher apud Siciliam non pascentibus  
 in auspicando pullis, ac per contemptum religionis  
 mari demersis, ut biberent, quando esse nollent, præ-  
 lium nauale iniit. Superatusq; cum dictatorem dice-  
 re à Senatu iuberetur, uelut iterum illudens † crimi-  
 ni publico, Alciam uiatorem suum dixit. Extant &  
 sceminarum exempla diuersa: Aequè si quidem gen-  
 tis eiusdem utraq; Claudia fuit, & quæ nauem cum sa-  
 cris matris deum Idæa adherentem Tiberino uado  
 extraxit, precata propalam, ut ita demum se sequere-  
 tur, si sibi pudicitia constaret: & quæ nouo more iu-  
 dicio maiestatis apud populum mulier subiit, quòd  
 in conferta multitudine egrè procedente carpento,  
 palam optauerit, ut frater suus Pulcher reuiuisceret,  
 atq; iterum classem amitteret, quò minor turba Ro-  
 mæ foret. Præterea notissimum est Claudios omnes,  
 excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellendum ur-  
 be Ciceronem, plebeio homini, atque etiam natu mi-  
 nori in adoptionem se dedit, optimates, assertoresq;  
 unicos dignitatis, ac potentia patritiorum semper  
 fuisse

4 Alias dif-  
 crimini.

fuisse, atq; aduersus plebem aded̄ uolentos ac contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare uestem, aut deprecari sustinuerit: nonnulli in altercatione et iurgio trib. pleb. pulsauerint. Etiam uirgo Vestalis fratrem iniussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium profecuta est, ne uetare, aut interdicare fas cuiquam <sup>4 Al. intercedere.</sup> tribunorum esset.

De qua stirpe Tiberius genus traxit. CA. III.

**E**X hac stirpe Tiberius Caesar genus trahit, & <sup>Trahere genus, pducere.</sup> quidem utrunq; paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui ambo Appij Caci filij fuerunt. Insertus est & Liuiorum familiae, adoptato in eam materno auo. Quae familia, quanquam plebeia, tamen & ipsa admodum floruit octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus: dictatura etiam, ac magisterio equitum honorata: clara & insignibus uiris, ac maximè Salinatore, Drusisq;. Salinator uniuersas tribus in censura notauit leuitatis nomine, quòd cum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent, COS. iterum censorumq; fecissent. Drusus hostium duce Drauso, cominus trucidato, sibi posterisq; suis cognomen inuenit. Traditur etiam pro Praetore ex prouincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolij datum, nec (ut fama) extortum à Camillo. Eius abnepos,



abnepos, ob eximiam aduersus Gracchos operam patronus Senatus dictus, filium reliquit, quem in simili diffetione multa uariè molientem, diuersa factio per fraudem interemit.

Diuerfa factio, pro diuersis partibus.

Abnepos. Nepotis proprie relatiuū est auus, Pro nepotis relatiuū proauus, Abnepotis autem relatiuum est abauus.

De patre Tiberij.

CAP. IIII,

**P**ater uerò Tiberij Quæstor Caij Cæsaris, Alexandrino bello classi præpositus, plurimum ad uictoriam contulit. Quare & pontifex in locum Publicij Scipionis substitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in quæis Narbona, & Arelate erant, missus est. Tamen Cæsare occiso, cunctis barbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de præmijs tyrannicidarum referendum censuit. Prætura deinde functus, cum exitu anni discordia inter triumuiros exorta esset, retētis ultra iustum tempus insignibus, Lucium Antonium consulem triumuiroi fratrem, ad Perusiam secutus, deditioe à cæteris facta, solus permansit in partibus, ac primo Præneste, inde Neapolim euasit: seruisq; ad pileum frustra uocatis, in Siciliam profugit. Sed indignè ferens, nec statim se in cōspectum Sexti Pompeij admissum, & fasciū usu prohibitum, ad Marcum Antoniū traiecit in Achaiam. Cum quo breui reconciliata inter omnes pace Romā redijt, uxoremq; Liuiam Drusillam, & tunc grauidam,

dam, & antè iam apud se † Tiberium enixam, pe-<sup>4</sup> Ali. Alif.  
tenti Augusto concessit. Nec multò post diem obiit,  
utroq; liberorum superstite, Tiberio, Drusoq; Nero-  
nibus.

Pileum.) Pileus libertatis insigne erat, & accipi-  
tur hic pro libertate. Atq; apud Lium scriptū est:  
Serui ad pileum uocati & carcere uincti emissi. Pi-  
leo enim donabantur serui assecuti libertatem.

Locus & tempus natiuitatis Tiberij.

## CAP. V.

**T**iberium quidam Fundis natum existimauerūt,  
secuti leuem coniecturam, quòd materna eius  
aua Fundana fuerit, & q; mox simulachrum felicitatis  
ex Senatusconsulto publicatum ibi sit. Sed ut plu-  
res, certioresq; tradunt, natus est Romæ in palatio,  
decimo sexto Calendas Decemb. M. Aemilio Lepido † Ali. per.  
iterum, & Munatio Planco COSS. † post bellum  
Philippense. Sic enim in fastos, actaq; publica relatiō  
est. Nec tamen desunt, qui partim antecedente anno,  
Hircij ac Pansæ. partim insequente, Seruilij Isaurici,  
Antonijq; consulatu genitum eum scribant.

Infantia & pueritia Tiberij. CAP. VI.

**I**nfantiam, pueritiāq; habuit luxuriosam & ex-  
ercitatam. Comes usquequaq; parentū suæ, quos  
quidem apud Neapolim sub irruptionem hostis na-  
uigium clam petentes, uagitu suo penè bis prodidit:  
semel, cum à nutricis ubere: item cum à sinu matris  
raptim



raptim auferretur ab ijs, qui pro necessitate temporis mulierculas leuare onere tentabant. Per Siciliam quoq; & Achaiam circumductus, ac Lacedæmonijs publicè, qui in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen uitæ adijt, flamma repenti è syluis undique exorta, adeoq; omnem comitatum circumplexa, ut Linia pars uestis, & capilli ambirentur. Munera, quibus à Pompeia Sexti Pompeij sorore in Sicilia donatus est, chlamys & fibula, item bullæ aureæ durant, ostendunturq; adhuc Baijs. Post reditum in urbem à Marco Gallio senatore testamento adoptatus, hæreditate adita, mox nomine abstinuit: quòd Gallius aduersarum Augusti partium fuerat. Nouem natus annos, defunctum patrem pro rostris laudauit. Dehinc pubescens, Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinistrore funali equo, cum Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretur. Præsedit & Actiacis ludis, & Troianis Circensibus, ductor turmæ puero-rum maiorum.

Funalis  
equus, qui  
funer trahi-  
tur.

Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinistrore funali equo, cum Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretur. Præsedit & Actiacis ludis, & Troianis Circensibus, ductor turmæ puero-rum maiorum.

Adolescentia & uxores eius.

CAP. VII.

Virili toga sumpta adolescentiam omnem spaciaq; insequentis ætatis usque ad principatus initia, per hæc ferè transegit. Munus gladiatorii in memoriam patris & alterum in aui Drusi dedit, di-  
uerfis

uersis temporibus ac locis. Primum in foro, secundum  
 in amphitheatro, rudiarijs quoque quibusdam reuoca-  
 tis, autoramento centum millium. Dedit et ludos,  
 sed absens: cuncta magnifice, impensa matris, ac ui-  
 trici. Agrippinam Marco Agrippa gentiã, neptem  
 Pomponij Attici equitis Romani, ad quem sunt Cice-  
 ronis epistolæ, duxit uxorem, sublatoque ex ea filio  
 Drufo, quanquam bene conuenientem, rursumque gra-  
 uidam dimittere, ac Iuliam Augusti filiam confestim  
 coactus est ducere, nõ sine magno angore animi: cũ  
 et Agrippinæ consuetudine teneretur, et Iuliæ mo-  
 res improbaret, ut quam sensisset, sui quoque sub prio-  
 re marito appetentem, quod sanè uulgò etiam existi-  
 mabatur. Sed Agrippinam et abegisse post diuorti-  
 um doluit, et semel omnino ex occursum uisam, adeò  
 contentis et tumentibus oculis prosecutus est, ut cu-  
 stoditum sit, ne unquam in conspectum eius posthac  
 ueniret. Cum Iulia primò concorditer, et amore mu-  
 tuo uixit, mox t̄ discedit, et aliquanto grauius, ut e-  
 tiã perpetuò secubaret intercepto communis filij pi-  
 gnore, qui Aquileiæ natus infans extinctus est. Dru-  
 sum fratrem in Germania amisit, cuius corpus pe-  
 dibus toto itinere prægrediens, Romam usque per-  
 uexit.

Rudiarijs.) Rude, id est libertate donatos uoci-  
 tabant rudiarios.

Autoramento.) Seruitutis merces est autoramẽ-  
 tum,

Primum,  
 pro prius  
 cũ de duo-  
 bus agat.

Alias, cõ-  
 tinerib.  
 Forte legẽ  
 dum cõti-  
 nentibus,  
 pro fixis.  
 Vide num  
 sit legen-  
 dũ conni-  
 uentibus.  
 Dissedit,  
 pro diuor-  
 tium fecit



tum, & obligatio stipendiūq; uocatū, qui se tradit, in alienam potestatem.

Præcedens. Hoc est, præcedēs funus idēq; pedes, Romā usq; ex Germania. Quod est magnum & pietatis & amoris fraterni specimen.

Ciuiilia officia eius. CAP. VIII.

**C**lauium officiorum rudimentis, regem Archelaum, Trallianos et Thessalos, uaria quosq; de causa Augusto cognoscente defendit. Pro Laodiceanis, Thiatyrenis, Chijs terræmotu afflictis, opemq; implorantibus, Senatū deprecatus est. Fannium Cæpionem, qui cum Varrone Muræna in Augustum conspirauerat, reum maiestatis apud iudices fecit, & cōdemnauit. Interq; hæc duplicem curam administrauit: annonæ, quæ arctior inciderat: & repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in inuidiam uenerant, quasi exceptos suppresserent, non solum uiatores, sed & quos sacramenti metus ad huiusmodi latebras compulisset.

Condēna  
uit pro ui  
cit, siue cō  
demnari  
fecit.

Condemnauit. Id est effecit ut condēnatus sit se accusante, uictorq; contra reum euasit.

Militia eius & bella per eum gesta, & honores administrati. CAP. IX.

**S**tipendia prima expeditione Cātabrica Tribu nus militum fecit: deinde ducto ad orientem exercitu, regnum Armenia Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit & signa, quæ Marco Crasso ademerant Parthi. Post hæc comatam Galliam

Galliam anno fere rexerit, & barbarorum incursionibus, et principum discordia inquietam. Exhinc Rheticum, Vindelicumq; bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhetico, atq; Vindelico gentes Breuci populi inferi oris Pannoniae, sed alij Brennos legunt. Alpinas, Pannonico Breucos, & Dalmatas subegit. Germanico XL. millia deditiorum traiecit in Galliam iuxtaq; ripam Rheni sedibus assignatis collocavit: quas ob res, & ouans, & curru urbem ingressus est primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo, nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit quaesturam, praetoram, consulatum: interpositoq; tempore, C O S, iterum, etiam tribunitiā potestatem in quinquennium accepit.

Secessus eius in urbe, & causa. CAP. X.

**T**ot prosperis confluentibus, integra aetate ac ualitudine prospera statuit repente secedere, Dimittere, re, p. repudiare. sedq; e medio quam longissimè amouere. Dubium, uxoris ne tædio, quam neque criminari, aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset, an ut uitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augetet, si quando indignisset sui Respublica. Quidam existimant adultis iam Augusti liberis, loco, & quasi possessione usurpati à se diu secundi gradus, sponte cessisse, exemplo M. Agrippæ, qui M. Marcello ad munera publica admota, Mitylenas

N abierit



abierit, ne aut ob stare, aut obrectare aliquid præ  
sens uideretur. Quam causam & ipse, sed postea, red  
didit. Tunc autem honorum satietatem, ac requiem  
laborum præ tendens, commueatū petijt. Neq; aut ma  
tri suppliciter precanti, aut uirico deseri se etiam  
in Senatu conquerenti, ueniam dedit. Quin & perti  
nacios retinentibus, cibo per quadriduum abstinuit.  
Facta tandem abeundi potestate, relictis Romæ uxo  
re, & filio, confestim Hostiam descendit: ne uerbo  
quidem cuiquam prosequentiū reddito, paucosq; ad  
modum in digressu osculatus.

Mora eius apud Rhodum, & gesta ibidem.

## CAP. XI.

**A**B Hostia oram Campaniæ lozens, imbecillita  
te Augusti nunciata, paulum subliit. Sed &  
increbrescente rumore, quasi ad occasionem maioris  
spei commoraretur, tantum non aduersis tempestati  
bus Rhodum enauigauit, amœnitate & salubritate  
insulæ iam inde captus, cum ad eam ab Armenia re  
diens appulisset. Hic modicis contentus adibus, nec  
multo laxiore suburbano, genus uite ciuile admodū  
instituit, sine lectore aut uiatore gymnasio interdū  
obambulans, mutuaq; cū Græculis officia usurpans,  
propè ex æquo. Fortè quondā in disponendo die, ma  
nè prædixerat, quicqd agrorū in ciuitate esset, uisi  
tare se uelle: Id à proximis aliter exceptū, insiq; sunt  
omnes

Tantum  
non, pro  
propemo  
dum.

Laxum su  
mit pro  
spacio  
sum & ca  
pax.

omnes agri in publicam porticum deferri, ac per ualetudinum genera disponi. Percussus ergo inopinata re, diu quid ageret incertus: tamen singulos circūit, excusans factum etiam tenuissimo cuiq; et ignoto. Vnum hoc tantummodo, neq; præterea quicquam notatum est, in quo exercuisse ius tribunitiæ potestatis uisus sit. Cum circa scholas & auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas grauiore iurgio, non defuit, qui eum interuenientem, & quasi studiosorem partis alterius conuicio incesset. Sensim itaq; regressus domum, repente cum apparitoribus prodijt, citatumq; pro tribunali uoce Præconis, conuiciatorem rapi iussit in carcerem. Comperit deinde Luliam uxorem ob libidines atq; adulteria damnatã, repudiamq; ei suo nomine ex autoritate Augusti remissum: & quanquã lætus nuncio, tamen officij dixit, quantum in se esset, exorare filia patrem frequentibus literis, & uel utcumq; merita quicquid unquam dono dedisset, concederet. Transacto autem tribunitiæ potestatis tempore, confessus tandem, nihil aliud secessu deuitasse se, quã emulationis cum Caio, Lucioq; suspicionem, petijt, ut sibi securo iam ab hac parte, corroboratis his, & secundum locum facîle tutantibus, permitteretur reuifere necessitudines, quarum desiderio teneretur. Sed neq; impetrauit, ultroq; etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suo-

Officij dixit, proputauit officium, absolutè.



rum, quos tam cupidè reliquisset.

Tantum non.) Signifi. ar hoc loco penè aduersas prorsus fuisse tempestates, & propemodum aduersas.

Item gesta apud Rhodum. CAP. XII.

**R** emanfit ergo Rhodi contra uoluntatem, uix per matrem consecutus, ut ad uelendam ignominiam, que si legatus ab Augusto abisset. Enim uero tunc non priuatum modò, sed etiam obnoxium & trepidum egit mediterraneis agris abditus, uitans; per æternauigantium officia, quibus frequètabatur asfiduè, nemine cum imperio, aut magistratu tendente quoquam, quin diuiceret Rhodum. Et accesserunt maioris sollicitudinis cause. Namq; priuignum Caium Orienti præpositum cum uisendi gratia traiecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lolij comitis & rectoris eius. Venit etiã in suspitionem per quosdam beneficij sui Centuriones, à comæatu castra repetentes, mandata ad complures dedisse ambigua, & que tentare singulorum animos ad nouas res uiderentur. De qua suspitione certior ab Augusto factus, non cessauit efflagitare aliquem cui inuilibet ordinis custodem factis, atq; dictis iuis.

De eodem, eiusq; in urbem reditu.

CAP. XIII.

**E** qui quoq; & armorum solitas exercitationes omisit, redegitq; se, deposito patrio habitu, ad pallium

pallii & crepidas: atq; in tali statu biennio ferè per-  
mansit, contemptior iudices & inuisior, adeò ut ima-  
gines eius, & statuas Nemaufenses subuerterint: ac  
familiari, quodam conuiuio mentione eius orta, exti-  
terit, qui Caio polliceretur, confestim se si iuberet,  
Rhodum nauigaturum, caputq; exulis (sic enim ap-  
pellabatur) relaturum. Quo præcipuè non iam metu,  
sed discrimine coactus est tam suis, quàm matris im-  
pensiſſimis precibus reditum expoſtulare: impetra-  
uitq; adiutus aliquantum etiam casu. Destinatum Au-  
gusto erat, nihil super ea re, nisi ex uoluntate maioris  
filij statuere. Is fortè tunc M. Lolio offensor, facilis Offensor  
piratus.  
exorabilisq; in utricum fuit. Permittente ergo Caio  
reuocatus est, uerùm sub conditione, ne quam partem  
curam ue Reip. attingeret.

Crepidus.) κρηπίδας uocant Græci calciamenti  
genus, quod corrigiis ligatur, & soleas tantum de-  
fendit ab iniuria soli.

Præſagia futuri principatus eius.

CAP. XIII.

**R**edit octauo post secessu anno, magna nec in-  
certa spe futurorum, quam & ostentis, et præ-  
dictionibus ab initio ætatis conceperat. Pægnans  
enim Liuia, cum an marem editura esset, uarijs capta-  
ret ominibus, ouum incubanti gallinæ subductum,  
nunc sua, nunc ministrarum manu per uices usq; eo  
fouit, quod ad pullus insigniter cristatus, exclusus est.

N 3 Ac de



Ac de infante Scribonius mathematicus præclara sp̄  
pondit, etiam regnaturum quandoq; sed sine regio  
in signi, ignota scilicet tunc adhuc Cæsarum potesta-  
te: & ingresso primam expeditionem, ac per Mace-  
doniam ducente exercitum in Syriâ, accidit, ut apud  
Philippos sacratæ olim uicticium legionum aræ, sp̄o  
te subitis collucrent ignibus: & mox cùm illyricum  
petens iuxta Patavium, adisset Geryonis oraculum,  
sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus  
in Aponi fontem talos aureos iacerent, euenit, ut sum-  
mum numerum iacti ab eo offcnderent, hodieq; sub  
aqua uisuntur hi tali. Ante paucos uerò quam reuoca-  
retur, dies, aquila nunquam antea Rhodi conspecta,  
in culmine domus eius assedit. Et pridie quàm de re-  
ditu certior ficret, uestimenta mutanti, tunica ardere  
uisa est. Thrasylus quoq; mathematicum, quem ut sa-  
pientia professorem contubernio admouerat, tunc  
maxime expertus est, affirmantem naue prouisa gau-  
dium afferri, cùm quidem illum durius, & contra præ-  
dicta cadentibus rebus, ut falsum, & secretorum teme-  
re cōscium, eo ipso momento, dum sp̄ciatur una, præ-  
cipitare in mare destinasset.

(Cadentibus.) Id est, euenientibus, accidentibus  
uel contingentibus.

(Temerè conscium.) Hoc est, nihil certi habere,  
sed temerè diuinare.

Adoptio de eo facta ab Augusto.

CAP.

Sortē tra-  
here, pro-  
ducere.

**R**omam reuersus, deducto in forum filio Druso, statim è Carinis ac Pompeiana domo, Esquilias in hortos Meccenatianos transmigravit, totumq; serad quietem contulit, privata modò officia obiens, ac publicoriam numerum expers. Caio & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicū fratris sui filium adoptare, nec quicquam postea pro patre familiās egit, aut ius, quod adoptione amiserat, ex ulla parte retinuit. Nam neq; donauit, neq; manumisit: ne hereditatem quidē, aut legata percepit ulla aliter, quàm ut peculio referret accepta: nihil ex eo tempore praetermissum est ad maiestatem eius augendam. Ac multò magis postquā Agrippa abdicato atque seposito, certum erat unius spem successionis incumbere.

Illyricum per eum domitum. CAP. XVI.

Incumbit illi spes, eo quod imminet, aut manet illum.

**D**ata rursus potestas tribunitia in quinque annis, delegatus pacandæ Germaniæ status, Parthorum legati mandatis Augusto Romæ redditus, eum quoq; adire in prouinciam iussit. Sed nunciata Illyrici defectione, transiit ad curā noui belli, quod grauissimum omnium externorum bellorum, post Punica, per XV. legiones, paremque auxiliorum copiam, tricennio gessit, in magnis omnium rerum diffi-



cultatibus summaq; frugum inopia. Et quamquam sepius reuocaretur, tamen perseuerauit, metuens, ne uicinus præualens hostis instaret ultrò cedentibus. Ac perseuerantiæ grande pretium tulit, toto Illyrico (quod intra Italiam regnumq; Noricum & Thraciam, & Macedoniam, interq; Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet) perdomito & in ditionem redacto.

Honores eidem à Senatu decreti.

CAP. XVII.

**C**vi gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nā sub id ferè tempus Quintilius Varus, cum tribus legionibus in Germania perijt, nemine dubitante, quin uictores Germani iuncturi se Pannonijs fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus ei decretus est, multi & magni honores. Censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alij ut Inuictus, nonnulli ut Pius cognominaretur: sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset. Triumphum ipse distulit, in æsta ciuitate, clade Variana. Nihilominus urbē prætextatus & laurea coronatus intrauit: positumq; in septis tribunali Senatu astante cōscendit, ac medius inter duos COSS. cum Augusto simul sedit: unde populo consalutato, circum templa deductus est.

Repromittere, pro promittente.

## Gesta eius in Germania. CAP. XVIII.

**P**roximo anno repetita Germania, cum animad-  
 uerteret Varianam cladem temeritate et negli-  
 gentia ducis accidisse, nihil nõ de concilij sententia  
 egit. Semper aliàs sui arbitrij, cõtentusq; se uno, tunc  
 præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli  
 communicauit. Curam quoq; solito exactiorem præ-  
 stitit. Traiecturus Rhenum, commeatum omnem ad  
 certam formulam astrictum non antè transmisit, q̃  
 consistens apud ripam, explorasset uehicularum one-  
 ra, ne qua deponerentur, nisi concessa aut necessaria.  
 Trans Rhenum uerò eum uitæ ordinem tenuit, ut se-  
 dens in cespite nudo cibum caperet, sæpè sine tento-  
 rio pernoctaret, præcepta sequentis diei omnia, et si  
 quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos  
 daret, addita monitione, ut de quo quisq; dubitaret,  
 se, nec alio interprete quacumq; uel noctis hora ute-  
 retur.

Conciliũ,  
 pro con-  
 ciliaris  
 ipsis.

Iniungere  
 pro man-  
 dare.  
 ἐπιτάττειν.

## Disciplina eius in re militari. CAP. XIX.

**D**isciplinam acerrimè exegit, animaduersione  
 num, & ignominiarum generibus ex antiqui-  
 tate repetitis, atq; etiam legato legionis, quòd pau-  
 cos milites cum liberto suo trans ripam uenatũ misis-  
 set, ignominia notato. Prælia, quamuis minimum for-  
 tunæ casibusq; permitteret, aliquãto constantius ini-  
 bat, quoties lucubrante se subitò, ac nullo, propellen-

N 5 te, de=



te, decideret lunen, & extingueretur, confidens (ut aiebat) ostento, sibi ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed re prosperè gesta, non multum absuit, quin ab Rhuteno quodam occideretur: cui inter proximos uersanti, & trepidatione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.

Triumphus Illyricus, & alia gesta eius.

## CAP. XX.

**A** Germania in urbem post bienniū regressus, triumphum, quem distulerat, egit prosequentibus etiā legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat: ac prius quàm in Capitoliū flecteret, descendit è curru, seq; presidenti patri ad genua submit. Bationem Pannonium ducem ingentibus donatiū premijs, Raucenam transtulit, gratiā referens, quòd se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus est euadere. Prandium dein populo mille mensis, & congiarium tricenos nummos uiritim dedit. Dedicauit & Concordiæ ædem. Item Pollucis & Castoris, suo fratri isq; nomine de manubijs.

Gesta eius, ac testimonia Augusti, & principatus eiusdem

## CAP. XXI.

**A** non multò post lege per COSS. lata, ut prouincias cum Augusto cōmuniter administraret, simulq; censum ageret, condito lustrò, in Illyriam profectus est. Et statim ex itinere reuocatus, iam quidem

quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit, fuitq; una secretò per totum diem. Scio uulgò persuasum, quasi egresso post secretū sermonem Tiberio, uox Augusti per cubicularios excepta sit: miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis † erit. Nec illud quidem ignoro, aliquos † Ali. edit. aut ederet didisse, Augustum palam nec dissimulanter morum eius diritatem adeò improbasse, ut nonnunquam remissiores, hilarioresq; sermones superueniēte eo abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse: uel etiam ambitione tractatum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quim existimem, circumspetissimam et prudentissimū principem in tanto praesertim negotio nihil temere fecisse, sed uitij, uirtutibusq; Tiberij perpēsis, potiores duxisse uirtutes, praesertim cum & reipub. causa adoptare se eum pro cōcione iurauerit, & epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, utq; unicum P. R. praesidium profequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subieci:

Vale iucundissime Tiberi, & rem gere feliciter. Id est, mi-  
 † μολὴν ταῖς μέγισταις ἰατρικαῖς. iucundissime, hi & mu-  
 & ita sim felix, uir fortissime, & dux uoluntatis. sis ducem  
 † ἀγαθῶν. agens.

Vale, & ordinem aetiuorum tuorum. Ego uerò mi  
 Tiberi, & inter tot rerum difficultates, † ἡδὲ τοσαύ Id est, tan-  
 † τῶν παυμῶν ἢ ἑσπερῶν non potui. † que quē- diā militū.  
 quam



quam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Hi quoque qui tecum fuerunt omnes, confitentur uersum illum in te posse dici:

Vnus homo nobis uigilando restituit rem.

Sive, inquit, quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius sive quid stomachor ualde, medius fidius Tiberium meum desidero: succurretque uersus ille Homericus:

τὸ γὰρ δ' ἐπισημένιοι καὶ ἐκ τῶν ὀδῶν ἀπομένιοι  
 Αμφὸς νοσησάμενοι, ἐπεὶ πρὸ ὀπίσθε νοήσασα.

Attenuatum te esse continuatione laborum, cum audio, & lego, dii me perdant, nisi cohortescit corpus

Cohortescere, pro  
 totus hor-  
 rescere.

meum: teque rogo, ut parcas tibi, ne si te languere au-  
 dierimus, & ego & mater tua expiremus, & de sum-  
 ma imperij sui Populi Romani periclitetur. Nihil inter-  
 est ualeam ipse, nec ne, si tu non ualebis. Deos obse-  
 cro, ut te nobis conseruent, & ualere nunc & semper

patiantur, si non populum Romanum perosi sunt.  
 ἐμοὶ καὶ, & c.) Sic licet Latine uertas: Mihi & matris  
 dux existens, uel militaria negocia administrans.  
 νοησάμενοι) Hoc est, dux optime, ex legibus &  
 praescripto maiorum.

καὶ τῶν αὐτῶν, & c.) Hoc est, atque tantam ignauiam  
 militum.

τῶν δ' ἐπισημένιοι, & c.) Horum Homericorum car-  
 minum haec est sententia. Illo comitante ex igne me-  
 dio reuertamur ambo, quandoquidem uehementer  
 sapit.

De Agrippa iuene occiso, & alijs gestis eius.

CAP. XXII.

Execra-

**E**xcessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa iuvene interempto. Huc tribunus milium custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret, iuebatur. Quos codicillos dubium fuit, Augustus ne moriens reliquisset, quò materiam tumulus post se subduceret, an nomine Augusti Liuia, Et ea, pro & ea conscio Tiberio, an ignaro dictasset. Tiberius idq; Græcè renunciati tribuno factum esse, quod imperasset, <sup>magis, q̄</sup> Latine. & neq; imperasse se, & redditurum eum senatui rationem respondit, inuidiam scilicet in presentia uitans, Nam mox silentio rem obliterauit.

Gemitus eius & testamentum Augusti in senatu recitatum. CAP. XXIII.

**I**vre autem tribunitiæ potestatis coacti o senatu, in choataq; allocutione de republica, uelut impar doli congruuit, utq; non solum uox, sed ut & spiritus deficeret, optauit, ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Illatum deinde Augusti testamentum, non admisis signatoribus nisi senatorij ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus recitauit per libertum. Testamenti initium fuit Quoniam sinistra fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia & sextante hæres esto. Quo & ipso aucta est suspitio opinantium, <sup>Abstinuit</sup> cessorem acutum eum necessitate magis, quam iudicium <sup>prefari, cū</sup> infinito. <sup>infinito.</sup> eio, quando ita prefari non abstinerit.



Acceptio principatus ad preces quasi coacta.

## CAP. XXIII.

**P** principatum, quamuis neq; occupare confestim, neq; agere dubitasset, & statione militum, hoc est, ut & specie dominationis assumpta, diu tamē recusauit. Impudentissimo animo nunc adhortātes amicos increpans, ut ignaros quanta belua esset imperium, nunc precantem Senatum, & procumbentem

*Suspende* sibi ad genua, ambiguis responsis, & callida cunctatione suspendens ut quidam patientiam rumpent, re, pro ducere & suscipere ha- bere.

*Rumpere* atq; unus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut desistat: alter coram exprobraret, ceteros quod pollicenti sint, tardē prestare, seipsum quod praestet, tardē hic patientiam sumit polliceri. Tandem quasi coactus, et querens miseram *pro* *μακρο* *βυμια* & onerosam iniungi sibi seruitutem, recepit imperium, nec tamen aliter quam ut depositurum se quoadq; spem faceret. ipsius uerba sunt haec: Dum ueni- am ad id tempus, quo uobis equum possit uideri, dare uos aliquam senectuti meae requiem.

Causae propter quas principatum recusauerat, & alia gesta eius. CAP. XXV.

*Prouerbi-* **C**um discutiendi causa erat metus undiq; imminenti- um qd in re dubia & genere diceret. Nam & seruus Agrippae Clemens no- mine, non contemnendam manum in ultionem domi- ni compararat, & L. Scribonius Libo uir nobilis res

nouus clam moliebatur, & duplex scditio militum in  
 Illyrico & in Germania exorta est. Flagitabant am-  
 bo exercitus multa extra ordinem, ante omnia, ut a-  
 quarentur stipendio Prætoriani Germanicis. Qui-  
 dam etiam principem detrectabant non à se datum,  
 summaq; uel Germanicum, qui tum his præerat, ad ca-  
 pessendam Remp. perurgebant, quanq; obfirmatè re-  
 sistentem. Quem maxime casum timens, partes sibi,  
 quas Senatu libèret, tuendas in Repub. deponoscit:  
 quando uniuersæ sufficere solus nemo posset, nisi cum  
 altero, uel etiam cum pluribus. Simulauit & ualetu-  
 dinem, quò equiore animo Germanicus celerem suc-  
 cessionem, uel certè societatem principatus opperire-  
 tur. Compositis seditionibus, Clementem quoq; frau-  
 de deceptū, redegit in potestatem. Libonem, ne quid  
 in nouitate acerbius fieret, secundo demum anno in  
 Senatu coarguit, medio temporis spacio tantum ca-  
 uere contentus. Nam & inter Pontifices sacrificanti  
 simul, pro secessita plumbeum euitrum subijciendum  
 curauit: & secretim petenti non nisi adhibito Druso  
 filio dedit, dextramq; obambulatis ueluti incumbens  
 quòad perageretur sermo continuit.

Detrectabant. ) Hoc est, Tiberium nolebant, re-  
 cusabantq; imperatorem, sed uolebant cum quo tū  
 consueuerant.

Secessita. ) Hoc cultello ferreo sacerdotes flami-  
 nes in sacrificando usi sunt. Erat oblongior, manu-  
 briumq; auro & ebore exornatum habebat.



Ciuita gesta eius in initio principatus.

CAP. XXVI.

**V**erum liberatus metu, ciuilem se admodum inter initia, ac paulominus quam priuatū egit.

Paulomius quod prope modum, non uē dixit.

Ex plurimis maximisque honoribus, præter paucos & modicos non recepit. Natalem suū plebeis incurrentem Circensibus, uix unius bigæ adiectione honorari passus est. Tempia, flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas atque imagines, nisi permitte se poni: permisitque ea sola conditione, ne inter simulachra deorum, sed inter ornamenta adium ponerentur. Intercessit & quo minus in acta sua iuraretur, & ne mensis September Tiberius October Liuius uocarentur. Prænomen quoque imperatoris, cognomenque patris patriæ, & ciuicam in uestibulo coronam recusauit: Ac ne Augusti quidem nomen, quam hereditarium, ullis nisi ad reges ac dynastas epistolis addidit. Nec amplius quam Tommino tres consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens usque in Idus Maias gessit.

Dynastis. ) *Dynastis est qui imperio potestatemque pollet, iudicia & magistratum exercet.*

Adulationes per eum sprete, & prohibite.

CAP. XXVII.

**A**dulationes adeo auersatus est, ut neminem Senatorum, aut officij, aut negocij causa adlecticam

lecticam suam admiserit. Consularem uerò satis facientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, ut caderet supinus: atq; etiam si quid in sermone, uel in continua oratione blādus de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & cōmutare continuo. Dominus appellatus à quodam, denunciavit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret. Aliū dicentem, sacras eius occupationes, & rursus alium autore eo Senatum se adiisse, uerba mutare et pro autore suasorem, pro sacris laboriosas dicere cōegit.

Patientia eius aduersus conuicia & maledicta. CAP. XXVIII.

**S**ed aduersus conuicia malosq; rumores, & fama de se ac suis carmina, firmus ac patiens subinde iactabat, in ciuitate libera, linguam mentemq; liberas esse debere. Et quōdam Senatu cognitionē, de eiusmodi criminibus ac reis flagitante: Non tantum, inquit, otij habemus, ut implicare nos pluribus negotijs debeamus. Si hanc fenestrā aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitia hoc preatextu ad uos deferrentur. Extat & sermo eius in Senatu percuius: Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum dictorumq; reddam: si perseuerauerit, inuicem eum odero.

Veneratio eius ad Senatum.

CAP. XXIX.

○ Atque



**A**Tque hæc eò notabiliora erant, quod ipse in-  
 appellãdis uenerandisq; singulis, & uniuersis  
 prope excefferat humanitatis modũ. Dissentiens in  
 curia à Q. Haterio: Ignoscas, inquit, rogo, si quid ad-  
 uersus te liberius, sicut Senator dixero. Et inde om-  
 nes alloquens dixit: Et nunc & sepè aliàs P. C. bon-  
 num & salutarem principem, quem uos tanta et tam  
 libera potestate instruxistis, Senatui seruire debere,  
 & uniuersis ciuibus, sepè & plerunque etiam sin-  
 gulis neq; id dixisse me pœnitet, & bonos & æquos,  
 & fauentes uos habui dominos, & adhuc habeo.

Pristina autoritas Senatus per eum ser-  
 uata. CAP. XXX.

**Q**Vinetiã speciem libertatis quandam induxit,  
 conseruatis Senatui, ac magistratibus, & ma-  
 iestate pristina, & potestate: neque tam parũ quic-  
 quam, neque tam magnum publici priuatiq; negocij  
 fuit de quo non ad P. C. referretur. De uectigalibus,  
 ac monopolijs, de extruendis reficiendis ue operibus  
 etiam delegẽdo uel exautorando milite, ac legionum,  
 & auxiliorum descriptione. Denique quibus impe-  
 rium prorogari, aut extraordinaria bella mandari,  
 quid et quam formam \* legũ literis rescribi placeret.  
 Præfectum alæ, de ui & rapinis reum, causam in Se-  
 natu dicere coëgit. Nũquã curiã nisi solus intrauit,  
 lectica quondã introlatus æger, comites à se remouit-

Aliàs re-  
 gum.

Monopo-

TIBERIVS CAESAR. 210

Monopolij. ) Μονοπώλιον dicitur, quando aliquis solus habet cuiuspiam rei uendēdæ potestatem. Sicut hodie multa monopolia à principibus conceduntur contra hominum utilitatem, atq; societati æquitatiq; uix aliud magis est aduersum.

Patentia eius contra obrectatores.

CAP. XXXI.

Quædam aduersus sententiam suam decerni, ne questus quidem est. Negante eo, destinatos magistratus abesse oportere, ut presentes honori ac quiescerent, Prætor designatus liberam legationem impetrauit. Iterum censente, ut Trebianis legatâ in opus noui theatri pecuniam ad munitionē uis transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata uoluntas legatoris esset. Cum SENAT. COS. per discessionem fortè fieret, transeuntem eum in alterâ partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cætera quoq; non nisi per magistratus, & iure ordinario agebantur, tanta COS S. autoritate, ut legati ex Africa adierint, eos querentes trahi se à Cæsare, ad quem missi forent. Nec mirum, cū palâm esset, ipsum quoque eisdem assurgere, & decedere uis.

Censente, p censens  
Græcè πο  
sunt, non  
Latine ut  
subaudias  
eo, nam in  
emendati  
oribus &  
perueta-  
tis exam-  
plaribus  
non addi-  
tur.

Ciuita, & urbana gesta eius.

CAP. XXXII.

Corripuit consulares exercitibus prepositos, quod non de rebus gestis Senatui scriberent, quodq; de tribuēdis quibusdam militaribus donis ad



se referrent, quasi non omnium tribuendorū ipsi ius haberent. Præatorem collaudauit, quòd honore inito, consuetudinem antiquam retulisset de maioribus suis pro concione memorādi. Quorundam illustrium exequias usq; ad rogam frequentauit. Parem moderati-

**Moderatio absolute, pro leuitate siue modestia.** onem minoribus quoque personis, et rebus exhibuit. Cum Rhodiorum magistratus, quòd literas publicas sine subscriptione ad se dederant, euocasset, ne uerbo quidem infectatus, ac tantummodo iussos subscribere remisit. Diogenes grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, uenientē, ut se extra ordinem audiret, non admiserat, ac per seruulum suū in septimum diem distulerat: hunc Romæ salutandi sui causa proforibus astantem, nihil amplius, quàm ut post septimum annum rediret, admonuit. Præsidibus onerādas tributo prouincias suadentibus, rescripsit, boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.

De eodem, & alijs gestis eius.

CAP. XXXIII.

**Eatenus, pro hæctenus.** **P**aulatim principem exercuit, præstititq; & si uarium diu, commodiorem tamen sæpius et ad utilitates publicas prouiore: ac primò eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret. Itaque & constitutiones quasdā Senatus rescidit, et magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerunque se offerebat consiliarium, asidebatq; † mixtim, uel ex aduerso in parte

† Aliās, in xtim.

parte primori. Et si quem reorum elabi gratia, rumor esset, subitus aderat, iudicesq; aut è plano, aut è quaesitoris tribunali, legum, & religionis, & noxae, de qua cognoscerent, admonebat: atq; etiam si qua in publicis moribus desidia, aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit.

Impensæ ludorū ac munerum taxata, & alia gesta eius. CAP. XXXIII.

**L**udorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum rescisis, partibusq; gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum uasorum pretia in immensum exarsisse, tresq; milios XXX. millibus nummūm uenisse grauiiter conquestus, adhibendum supellectili modum censuit. Annuamq; macelli, Senatus arbitrata quotannis temperandam, dato Aedilibus negotio, popinas ganeasq; usq; è inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi uenalia sinerent. Et ut parsimoniam publicam exemplo quoq; iuuaret, solennibus ipse coenīs pridiana sepe ac semesa obsonia apposuit, dimidiatunq; aprum, affirmans omnia eadem habere, quæ totum. Quotidiana oscula prohibuit edicto: item strenarum commertium, ne ultra Calend. Ianuarias exerceretur. Consueuerat quadruplam strenam & de manu redere, sed offensus interpellari se toto mense ab ijs,



qui potestatem sui die festo non habuissent: ultra non reddidit.

Quædam bene gesta per eum.

CAP. XXXV.

**M**Atronas prostrata pudicitia, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui maiorum more de communi sententia coercerent, autor fuit.

• *Alias, ut* Equiti Ro. iurisiurandi gratiam fecit † uxorem in stupro generi compertâ dimitteret, quâ se nunquam repudiaturum, antè iurauerat. Fœminæ famosæ, ut ad euitandas legum pœnas, iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperant & ex iuuetute utriusq; ordinis profligatissimus quisque, quò minus in opera scenæ, arenæq; edenda SENAT. COSS. tenerentur, famosi iudicij notam sponte subibant. Eos, easq; omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit. Senatori latum clauum ademit, quam cognouisset sub Calend. Iulij demigrasse in hortos, quò uilius post diem ædes  
• *Alias, c.* in urbe conduceret. Alium † & quæstura remouit, quòd uxorem pridie sortitione ductam, postridie repudiasset.

Exteræ ceremoniæ & ritus per eum prohibiti.

CAP. XXXVI.

**E**Xternas ceremonias, Aegyptios, Iudaicosq; ritus compescuit, coactis qui superstitione ea tenebantur

nebantur, religiosas uestes cum instrumento omni cō-  
burere. iudeorum iuuentutem, per speciem sacramen-  
ti, in prouincias grauioris cœli distribuit, reliquos  
gentis eiusdem, uel similia sectantes urbe submouit  
sub pœna perpetuæ seruitutis, nisi obtemperassent.

Expulit & mathematicos. Sed deprecantibus, ac se <sup>Desinere</sup>  
artem desituros promittentibus, ueniam dedit. <sup>artē, uanā</sup>  
<sup>ficiuē.</sup>

Mathematicos.) Non illos qui bonas p̄tebātur  
disciplinas, sed qui diuinationibus uanis & menda-  
cibus decipiebant imperitam plebē. Quas pestes tol-  
li uolunt ē medio omnes leges diuinæ & humanæ.

Quædam benè gesta per eum tam Romæ, q̄ extra.

## CAP. XXXVII.

**I**N primis tuendæ pacis à grassaturis ac latroci-  
nijs, seditionumq; licentia curam habuit. Statio-  
nes militum per Italiam solito frequentiores dispo-  
suit. Romæ castra constituit, quibus prætorianæ co-  
hortes uagæ ante id tempus, & per hospitia disper-  
se continerentur. Populares tumultus exortos gra-  
uissimè coërcuit: & ne orirentur, sedulò cauit. Cede  
in theatro per discordiam admissa, capita factionū,  
& histriones, propter quos dissidebatur, relegauit:  
nec ut reuocaret, unquā ullis populi precibus potuit  
euinci. Cùm Polentina plebs finis cuiusdam primi-  
pilaris non prius ex foro misisset, quàm extorta pe-  
cunia per uim hereditibus ad gladiatorium munus, co-  
hortem ab urbe, & aliam à Cotij regno, dissimulata



itineris causa, detectis repente armis, cōcinentibusq;  
 signis, per diuersas portas in oppidū immisit, ac par-  
 tem maiorem plebis ac Decurionum in perpetua uin-  
 cula coniecit. Aboluit & ius, moremq; asylorū, quae  
 usquam erant. Cyzicenis in ciues Roma. uiolentius  
 quaedam ausis, publicè libertatem ademit, quam Mi-  
 thridatico bello meruerunt. Hostiles motus, nulla po-  
 sticā expeditione suscepta, per legatos compefcuit:  
 nec per eos quidem, nisi cunctanter & necessariò.  
 Reges infestos suspectosq; comminationibus magis  
 & querelis, quàm ui repressit. Quosdam per blandi-  
 tias atq; promissa extractos ad se, non remisit, ut †

† Ali. Maraboduū Marabodum Germanum † Thrasypolim Thracem,  
 † Ali. Rha Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in for-  
 scypolim. mam prouinciae redegit.

Asylorum.) ἀσυλον fuit templum Apollinis De-  
 iū, ubi rei erant liberi.

Mora eius in urbe: et q; prouincias non uisitauerit.

## CAP. XXXVIII.

**B**lennio continuo post adeptum imperium pedē  
 porta non extulit: sequenti tempore praeter q;  
 in propinqua oppida, & cū longissimè, Antio tenus  
 † Ali. nunquam. † nusquam absuit. Idq; perrarò, & paucos dies:  
 quamuis prouincias quoq; & exercitus reuisurum se  
 saepè pronunciaisset, & propè quotannis profectio-  
 nem praepararet, uehiculis comprehensis, commea-  
 tibus

tibus per municipia & colonias dispositis. Ad extremum uota pro ita & reditu suo suscipi passus, ut uulgo iam per iocum Callipides uocaretur: quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, pro uerbio Græco notatum est.

Mors filiorum eius, et secessus suus in Campaniam.

## CAP. XXXIX.

**S**Ed orbatus utroque filio, quorum Germanicus in Syria, Drusus Romæ obierat, secessum Campaniæ petijt, cōstanti & opinione & sermone penè omnium, quasi neque rediturus unquam, & citò mortem etiam obiturus, quod paulominus utrunque euenit. Nam neque Romã amplius redijt: sed & paucos post dies iuxta Tarracinam in prætorio, cui spelunca nomen erat, incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt, multisque conuiuiarum, & ministrorum elisis, præter spem euasit.

Paulominus, pro pemodum

Paulominus. Id est, parum abfuit, penè euenit, propemodum accidit.

Seccessus Capreensis, & alia gesta eius.

## CAP. XL.

**P**Eragrata Campania, cum Capuæ Capitolium, Nolæ templum Augusti, quam causam profectio nis prætenderat, dedicasset, Capreas se contulit, præcipuè delectatus insula, quòd uno paruoque littore adiretur, septa undique præruptis immense altitudinis

○ S rupibus,



rupibus, & profundo maris. Statimq; reuocante as-  
sidua obtestatione populo propter cladem, qua apud  
Fidenas, supra XX. hominum millia, gladiatorio  
munere, amphitheatri ruina perierant, transijt in cō-  
tinentem, potestatemq; omnibus adeundi sui fecit, tā-  
tò magis quòd ab urbe egrediens, ne quis se interpel-  
laret, edixerat, ac toto itinere adeuntes submouerat.

Reipublicæ cura per eum abiecta.

## CAP. XLI.

**R**Egressus in insulam, reipublicæ quidem curam  
usque ad eò abiicit, ut postea nō decurias equi-  
tum unquam supplèrit: non tribunos militum, præfe-  
ctosq; non prouinciarum præsides ullos mutauerit:  
Hispaniam, & Syriam per aliquot annos sine consu-  
laribus legatis habuerit: Armeniam à Parthis occu-  
pari, Mœsiam à Dacis, Sarmatisq;, Gallias à Germa-  
nis uastari neglexerit, magno dedecore imperij, nec  
minori discrimine.

Vitia eius, potus ac comessationes.

## CAP. XLII.

**C**Aeterum secreti licentiam nactus, & quasi cō-  
uitatis oculis remotus, cuncta simul uitia malè  
diu dissimulata, tandem profudit: de quibus singula-  
tim ab exordio referam: In castris tiro etiam tum,  
propter nimiam uini auuiditatem, pro Tiberio, Bibe-  
rius: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero uoca-  
batur.

Batur. Postea princeps in ipsa publicanorum morum  
 correptione cum Pomponio Flacco, & L. Pisone no-  
 stem, continuuq; biduum epulando, potandoq; con-  
 sumpsit; quorum alteri Syriam prouinciã, alteri præ-  
 fecturam urbis confestim detulit, codicillis quoq; in-  
 cundissimos, & omnium horarum amicos professus.  
 Sextio Claudio libidinoso ac prodigo seni, olim ab  
 Augusto ignominia notato, & à se ante paucos dies  
 apud Senatum increpito, cenam ea lege condixit, ne  
 quid ex consuetudine immutaret, aut demeret, utq; <sup>Condixit</sup>  
 nullis puellis ministrantibus cenaretur. Ignotissimum <sup>cenã, pro</sup>  
<sup>promissis</sup>  
 Questuræ candidatũ nobilissimis anteposuit, ob epo <sup>Ignotissi-</sup>  
 tam in conuiuio propinante se uini amphoram. A sel- <sup>mus, p ob</sup>  
 lio Sabino HS. ducenta donauit pro dialogo, in quo <sup>scuriam</sup>  
 boleti, & ficedule, & ostrea, & turdi certamen in-  
 duxerat. Nouum deniq; officium instituit à uolupta-  
 tibus præposito equite. Rom. † & Censorio Prisco. † Alias, T.  
 Censorio.

## Luxuria eius, ac libido CAP. XLIII.

**S**ecessu uerò Capreensitiam sellariam excogi-  
 tauit sedem arcanarum libidinum, in quam un-  
 diq; conquisiti puellarum, & exoletorum greges,  
 monstrosiq; cõcubitus repertores, quos Spintrias ap-  
 pellabat, triplici serie connexi, inuicem incestarent  
 se coram ipso, ut aspectu deficientes libidines excita-  
 ret. Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigil-  
 lis lasciuissimarum picturarum, & figurarum ad-  
 ornata



ornauit, librisq; Elephantidis instruxit, ne cui in opera edenda exemplar imparata scenæ deesset. In syluis quoq; ac nemoribus passim uenereos locos commentus est, prostantesq; per antra, & cauas rupes, ex utriusq; sexus pube, Paniscorum & Nympharum habitu, palamq; iam & uulgato nomine insulae abutentes, Caprineum dictitabant.

Elephantidis.) Elephantis libros lasciuissimos scripsit, de quibus Martialis multa.

Ineffabilis abusus luxurie eius.

## CAP. XLIII.

Nedū, pro  
ranū ab  
eit.

**M**Aiore adhuc & turpiore infamia flagrauit, uix ut referri, audiri ue, nedum credi fas sit: Quasi pueros primæ teneritudinis, quos pisciculos uocabat, institueret, ut natanti sibi inter femina uersarentur, ac luderent, lingua morsuq; sensim appetentes, atq; etiam quasi infantes firmiores, nec dum tamen lacte depulsos, inguini ceu papillæ admoueret, pronior sanè ad id genus libidinis & natura & arte. Quare Parrhasij quoq; tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut si argumento offenderetur, decies pro ea HS. acciperet, non modò prætulit sed & in cubiculo dedicauit. Fertur etiam in sacrificando quondam captus facie ministri, acerram præferentis, nequisse abstinere, quin penè uixdum re diuina peracta, ibidē statim

statim seductum constupraret, simulq; fratrem eius tibicinem, atq; utriq; mox, quod mutuo flagitium exprobrabant, crura fregisse.

Acerram.) Vocant thuribulum, in quo accenditur thus ad odores sacrificiorum.

Illusiones eius ad facinas.

CAP. XLV.

Illudere  
capiribus.  
ἐν τρυφῇ.

**F**oeminarum quoq; & quidem illustrium capitibus quāto pere solitus sit illudere, euentissimè apparuit Malloniæ cuiusdam exitu: quam perductā nec quicquam amplius pati constantissimè recusantem, delatoribus obiecit, ac ne ream quidem interpellare desijt, eequid pœniteret, donec ea, relicto iudicio, domum se arripuit, ferroq; transegit, obscœnitate oris hirsuto atq; olido seni clarè exprobrata. Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta, percrebuit, hircum uetulū capreis naturam ligurire.

Exodio.) Εξ ὁδοῦ cantio est quam exeuntes ex theatro cecinerant: erat autem magnæ libertatis notandi mores etiam principum.

Auaritia & tenacitas. CAP. XLVI.

**P**ecuniæ parcus, ac tenax, comites peregrinationum expeditionumq; nunquam salario, cibarijs tantum sustentauit. Vnam modò liberalitatem ex indulgentiâ uitrici consecutus, cum tribus classibus factis pro dignitate cuiusq; primæ sexcenta sestertia



stertia, secunda & quadringenta distribuit, ducenta tertiam, quam non amicorum sed Græcorum appellabat.

Opera publica per eum, & spectacula non facta, & parcitas alimoniarum.

## CAP. XLVII.

**P**rinces neque opera ulla magnifica fecit. Nam & que sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompeiani theatri, imperfecta post tot annos reliquit: neque spectacula omnino edidit: & ijs, que ab aliquo ederentur, rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comœdum Actium coactus est manumittere. Paucorum Senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se alijs subuenturum, nisi Senatui iustas necessitatum causas probassent. Quo peracto, plerosque modestia et pudore deterruit, in quibus Ortalum Qu. Hortensij oratoris nepotem, qui permodica re familiari, autore Augusto, quatuor liberos tulerat.

Auaritia & parcitas, & alia gesta eius,

## CAP. XLVIII.

**P**ublicè munificentiã bis omnino exhibuit, proposito millies HS. gratuito in triennij tempus, & rursus quibusdam dominis insularum, que in monte Caelio deflagrãrant, pretio restituto. Quorũ alterum magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante coactus est facere, cum per Senatusconsultum

sultū sanxisset, ut sceneratores duas patrimonij partes in solo collocarent, debitores totidem æris alieni statim solucrent, nec res expediretur: alterum ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamē beneficium tanti estimauit, ut montem Coelium appellatione mutata uocari Augustum iusserit. Militi post duplicata ex Augusti testamento legata nihil unquam largitus est, præter quàm singula millia denariorum Frætorianis, quòd Sciano se non accommodassent: & quedam munera Syriacis legionibus, quòd solæ nullam Sciani imaginem inter signa coluissent: atq; etiam missiones ueteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem, ex morte compendium captans. Neque prouincias quidem ulla liberalitate subleuauit, excepta Asia, disiectis terræ motu ciuitatibus.

Insulari. Insula est terra ab omnibus partibus aquis circumdata. Dicitur etiam insula domus ab alijs ædificijs libera, & separata, ut hoc loco: hæc insula olim Romæ propè omnes in monte Cælio incendijs exustæ fuerunt.

Rapina & concussiones eius.

CAP. XLIX.

**P**Rocedente mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum. Sat constat Cn. Lentulum augurum, cui census maximus fuerit, metu & angore ad fastidiū uitæ ab eo actū, et ut ne quo nisi ipso herede moreretur. Condemnatā & generosissimā prædiuitē

fœmi



Dimissa e prædiuitis, & orbi, qui dimissam eam e matrimonio  
 post uigesimum annum ueneni olim in se comparati  
 nio pro re arguebat. Præterea Galliarum, & Hispaniarum, Sy-  
 pudata. Confiscata-riaq; & Græciæ principes confiscatos ob tam leue  
 tus ad ho- ac tam impudens calumniarum genus, ut quibusdam  
 miné rela- non aliud sit obiectū, quàm quòd partem rei familia-  
 tum, non ris in pecunia haberet. Plurimis etiam ciuitatibus &  
 solum ad- ris in pecunia haberet. Plurimis etiam ciuitatibus &  
 re, ut cõfil- priuatis ueteres immunitates, & ius metallorum ac  
 cata bona uectigalium adempta. Sed & Vononem regem Par-  
 thorum, qui pulsus à suis quasi in fidem P. R. cum in  
 genti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum per  
 fidia, & occisum.

Odium eius contra consanguineos & coniuctos.

## CAP. L.

**O** dium aduersus necessitudines in Druso pri-  
 mum fratre detexit. prodita eius epistola, qua  
 secum de cogendo ad restituendam libertatem Augu-  
 sto agebat, deinde & in reliquis. Iulie uxori tantum  
 absuit, ut relegata, quod minimum est, officij aut hu-  
 manitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione pa-  
 tris uno oppido clausam, domo quoq; egredi, & com-  
 mercio hominum frui uetuerit, sed & peculio con-  
 cesso à patre, præbitisq; annuis fraudauit, per spe-  
 ciam publici iuris, quòd nihil de his Augustus testamē-  
 to cauisset. Matrem Liuiam grauatus, uelut partes  
 sibi

sibi equas potentiae uindicantem, et congressum eius  
 assiduum uitauit, & longiores secretioresq; sermo-  
 nes, ne eius consilijs, qui tamen interdum † & egre<sup>a Aliege</sup>  
 uti solebat, regi uideretur. Tulit etiam perindignè<sup>re, & uti.</sup>  
 actum à Senatu, ut titulis suis quasi Augusti, ita & Li-  
 uiae filius adijceretur. Quare non parentē patriae ap-  
 pellari, non ullum insignem honorē recipere publicè  
 passus est. Sed et frequēter admonuit maioribus, nec  
 foeminae conuenientibus negocijs abstineret: prae-  
 cipue ut animaduertit incendio iuxta adem Vesta &  
 ipsam interuenisse, populūq; & milites, quò enixiūs  
 opem ferrent, abhortatā, sicut sub marito solita esset.

Item odium & crudelitas in eius matrem.

## CAP. LI.

**D**ehinc ad similitatem usq; processit, hac (ut fe-  
 runt) de causa: Instanti saepius ut ciuitate do-  
 natum in decurias allegeret, uogauit alia se conditio-  
 ne allecturū, quàm si pateretur adscribi albo, extor-  
 tion id sibi à matre. At illa commota, ueteres quosdā  
 ad se Augusti codicillos de acerbitate & intolleran-  
 tia morum eius è secretario protulit atque recitauit.  
 Hos & custoditos tandiu, & exprobratos tam infes-  
 tē, adeo grauiter tulit, ut quidam putent inter cau-  
 sas secessus hanc ei uel praecipuam fuisse. Toto qui-  
 dem triennio, quo uiuente matre adsuit, semel omni-  
 no eam, nec amplius, quàm uno die paucissimis uidit

P horis.



horis. Ac mox neq; egre abesse curauit: defunctamq;  
 & dum aduentus sui spem facit, complurium dierum  
 mora, corrupto demum, & tabido corpore funera-  
 tam prohibuit consecrari, quasi id ipsa mandasset.  
 Testamētumq; eius pro irrito habuit: omnesq; amicitias  
 & familiaritates, etiam quibus ea funeris sui cura  
 moriens demandarat, intra breue tempus affli-  
 xit, uno ex his equestris ordinis uiro, & in † Lato-  
 miam condemnato.

Afflixit, p

uexauit:

† Alias,

Antiliam.

† Ali. An-

tyciram.

Albo.)

Est autem

Latomia,

locus in

carcere

Romæ.

Crudelitas &amp; odium eius contra filios.

## CAP. LII.

**F**iliorum neq; naturalem Drusum, neq; adoptiuū  
 Germanicum patria charitate dilexit, alterius  
 uirijs infensus. Nam Drusus animi fluxioris remissio-  
 risq; uite erat. Itaq; ne mortuo quidem perinde affe-  
 ctus est, sed tantū non statim post à funere ad negoti-  
 orum consuetudinem redijt, iustitio longiore inhibi-  
 to. Quin & iliensiuū legatis paulo serius consolanti-  
 bus, quasi oblitterata iam doloris memoria irridens,  
 se quoq; respondit uicem eorum dolere, quòd egre-  
 gium ciuem Hectorem amississent. Germanico usque-  
 aded obtreclauit, ut & præclara facta eius pro su-  
 peruacuis eleuaret, & gloriosissimas uictorias, ceu  
 damnosas R. P. increparet. Quòd uerò Alexandria  
 propter

Affectus

est illi pro

erga illū.

propter immensam & repentinā famem, inconsulto se adisset, questus est in Senatu. Et iam causa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatū Syriae creditur. Quē mox huius criminis reūm putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent, per quae multifariam increpitum, & per noctes creberrimē acclamatum est: Redde Germanicum. Quam suspicionem confirmavit ipse postea, coninge etiā ac liberis Germanici crudelem in modum afflicto.

*Iustitio.* Iustitium est, cui ius intermittitur uel ob bellum, uel ob luctum, uel ob festum.

*Crudelitas & odium eius contra nulum.*

## CAP. LIII.

**N**ulum Agrippinam post mortem mariti liberius quiddam questā manu apprehendit, Graecoq; uersu: Si non dominaris, inquit, filiola, iniuriam te accipere existimas? Nec ullo mox sermone dignatus est. Quondam uerò inter cenā porrecta à se potina gustare nō ausam etiam uocare desijt, simulans se ueneni crimine accersi, cum praestructū utrunq; consulto esset, ut & ipse tentandi gratia offerret. & illa quasi certissimum exitium caueret. Nouissimē calumniatus, modò ad statuam Augusti, modò ad exercitus confugere uelle. Pandatariam relegauit. Coniutiantiq; oculū per centurionem uerberibus excussit. Rursus mori in media destinanti, per uim ore diducto, inful-

*Præstructum, arte præparatum, & conscripto factum.*



ciri cibū iussit. Sed & perseverantem atq; ita absumptam, criminosisimè insectatus est, cū diē quoque natalem eius inter nefastos referendum suasset. Imputavit etiam, quòd non laqueo strangulatam in gemonias abiecerit: proq; tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiæ agerentur, & Capitolino Iovi domum ex auro sacraretur.

Quondam. ) Pro aliquando vel quodam tempore hic est positum.

Gemonias. ) Sunt gradus scilicet, de quibus designiebant criminum reos.

Crudelitas & odium eius contra nepotes.

## CAP. LIIII.

**C**um ex Germanico tres nepotes, Neronem, & Drusum, & Caium, ex Druso unum Tiberium haberet, destitutus morte liberorum, maximos nato de Germanici filijs Neronem, & Drusum P. C. commendavit, diemq; utriusq; tirocinij cōgiario plebi dato celebravit. Sed ut comperit incunte anno, pro eorum quoq; salute publicè uota suscepta: egit cum Senatu, non debere talia præmia tribui, nisi expertis, et ætate proelictis: atq; ex eo, patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit. Variasq; fraude inductos, ut & concitarentur ad conuitia, & concitati perderentur, accusavit per literas, amarissimè † congestis etiã probris. Et iudicatos hostes fame necavit, Neronē in insula Pōtia, Drusum

† Ali. coniectis.

in insula

in ima parte palatii. Putant Neronē ad uoluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex Senatus autoritate missus, laqueos & uncos ostentaret: Druso autem adeò alimenta subducta, ut tomentum ē culcitra tentauerit mandere: amborum sic reliquijs dispersis, ut uix quandoq; colligi possent.

Tomentum. ) Dicitur tomentum illud quo implentur culcitrae, siue sit ex lana, siue ex foeno, siue ex palea, siue ex pluma, uel etiā pappis herbarum.

Crudelitas eius contra amicos. CAP. LV.

**S**uper ueteres amicos ac familiares, XX. sibi è numero principū ciuitatis depoposcerat, uelut consiliarios in negocijs publicis. Horum omnium uix duos aut tres incolumes praestitit, ceteros, alium alia de causa perculit. Inter quos cum plurimorum clade Elium Seianum, quem ad summam potentiam non tā beneuolentia prouexerat, quā uē esset, cuius ministrio ac fraudibus, liberos Germanici circumueniret, nepotemq; suum ex Druso filium naturalem ad successorem imperij confirmaret.

Crudelitas & scuitia eius in grammaticos & magistros. CAP. LVI.

**N**ihil lenior in conuictores Graculos, quibus uel maximè acquiescebat. Zenonem quēdam exquisitijs sermocinantem, cum interrogasset, quae nam illa tam molesta dialectos esset, & ille respondisset Doridem, relegauit † Cynariam, existimans ex-

Sermocinari.  
Dialectos.  
† Alias, Aenariā.



probratum sibi ueterem secessum, q̄ Doricè Rhodis loquantur. Item cum soleret ex lectione quotidiana questiones super cenam proponere, comperisset q̄ Seleucum grammaticum à ministris suis perquirere, quos quoq; tempore tractaret autores, atq; ita paratum uenire, primum à contubernio remouit, deinde etiam ad mortem compulit.

Crudelitas eius in iuuentute. CAP. LVII.

**S**æua ac lenta natura ne in puero quidè latuit: quam Theodorus Gadareus rhetorica præceptor, et prospexisse primus sagaciter, et assimulasse aptissime uisus est, subinde in obiurgando appellans eum, *καλὸν ἄματι σιμπεφυσμένον*, id est, lutum à sanguine maceratum. Sed aliquanto magis in principe eluxit etiam inter initia, cum adhuc fauorem et moderationis simulatione captaret. Scurram, qui prætereunte funere, clarè mortuo mandârat, ut nunciaret Augusto, nondum reddi legata, quæ plebi reliquisset, attractum ad se recipere debitum, duciq; ad supplicium imperauit, et patri suo uerum referre. Nec multò post in Senatu Pompeio cuidam equiti Romano quiddam perneganti, dum uincula minatur, affirmant fore, ut Pompeio Pompeianus fieret, acerba cauillatione simul hominis nomen incessens, ueteremq; patrum fortunam.

*καλὸν ἄματι.*) Hoc est, lutum sanguine maceratum.

Crimen

Assimulare, pro simili exprimere.

Alias, hominum.

Crimen lesæ maiestatis atrociter actum.

## CAP. LVIII.

**S**vb idem tempus consulente Prætorè, an iudicia maiestatis cogi iuberet, exercèdas esse leges respondit, & atrocissimè exercuit. Statuè quidam Augusti caput dempserat, ut alterius imponeret. Acta res in Senatu. Et quia ambigebatur, per tormenta quesita est. Damnato reo, \* paulatim hoc genus calumniæ eò processit, ut hæc quoque capitalia essent: † Aliàs, cõ festim.  
 Circa Augusti simulachrum seruam cecidisse, uestem mutasse, nūmo uel anulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse, dictum ullū factum ue eius estimatione aliqua lesisse. Perijt deniq; & is, qui honores in colonia sua eodè die decerni sibi passus est, quo decreti & Augusto olim erant.

Atrociter gesta per eum sub specie grauitatis.

## CAP. LIX.

**M**ulta præterea specie grauitatis, ac morum corrigendorum, sed et magis naturæ obtemperans ita sæuè, & atrociter factitauit, ut nonnulli uersiculis quoq; & præsentia exprobrarent, & futura denunciarent mala.

Asper &amp; immitis, breuiter uis omnia dicamè

Dispercam si te mater amare potest.

Non es eques, quare, non sunt tibi millia centum.

Omnia si queras, &amp; Rhodos exilium est.



Aurea mutasti Saturni sæcula Cæsar,

Incolumi nam te ferrea semper erunt.

Fastidit uinum, quia iam sitit iste cruorem.

Tam bibit hunc auidè, quàm bibit antè merum.

Aspice felicem sibi non tibi Romule Syllam:

Et Marium si uis aspice, sed reducem.

Nec non Antoni ciuilia bella mouentis,

Non semel insectas aspice cæde manus.

Et dic Roma perit, regnabi: sanguine multo

Ad regnum quisquis uenit ab exilio.

† alijs. do  
mini.

Que primo quasi ab impatiētib. Romæ † dominij,  
ac non tam ex animi sententia, quàm bile & stoma-  
cho fingerētur, uolebat accipi Dicebatq; identidem,  
oderint dum probent. Deinde uera planè, certa q; es-  
se ipse fecit fidem.

Pœnæ grauiſſimæ immeritis propter modica  
commiſſa irrogatæ. CAP. LX.

**I**N paucis diebus quàm Capreas attigit, piscatori,  
qui sibi secretum agenti, grandem mullum inopi-  
nanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem ius-  
sit, territus, quòd is à tergo insula per aspera, & de-  
uia erepsisset ad se. Gratulanti autem inter pœnam,  
quod non & locustam, quam prægrandem ceperat,  
obtulisset, locusta quoq; lacerari os imperauit. Mili-  
tem prætorianum ob surreptū è uiridario pauonem,  
eapite puniſſe. In quodam itinere lectica, qua ueheba-  
tur

tur, uepribus impedita, exploratorem uia primarum cohortium Centurionem stratum humi penè ad necem uerberauit.

Viridario. Est hortus uiridarium, plantis propter animi uoluptatē confitus, & qui oblectat avaritate sua.

Seuitia, & omnia genera crudelitatis eiusdem.

## CAP. LXI.

**M**Ox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia, cū primò matris, deinde nepotum & nurus postremò Seiani familiares, atq; etiam notos persequeretur. Post cuius interitum uel seuisimus extitit, quo maximè apparuit nò tam ipsam à Seiano concitari solitū, quàm † Seia-<sup>4</sup> Ali. Seianum. no querenti occasiones, subministrasse. Et si commentario, quem de uita sua summatim breuiterq; composuit, ausus est scribere, Seianum se punisse, quòd comperisset furere aduersus Germanici liberos filij sui, quorum ipse alterum suspecto iam, alterum oppresso demum Seiano interemit. Singulatim crudeliter facta eius execui longum est. † Generatim uelut exemplaria seuitia enumerare sat erit. Nullus à poena hominum cessauit dies, ne religiosus quidem ac sacer. Animaduersum in quosdam ineunte anno nouo. Accusati, damnatiq; multi cū liberis atq; etiā uxoribus suis. Interdictum ne capite damnatos propinqui lugerent, decreta accusatoribus præcipua præmia, non-



nunquam & testibus. Nemini delatorum fides abro-  
 gata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam pau-  
 corum simpliciumq; uerborum. Obiectum est poetæ,  
 quod in tragœdia Agamœnonem probris laceſiſſet,  
 Obiectum & historico, quod Brutum Caſiumq; ulti-  
 mos Romanorum dixiſſet. Animaduerſum ſtatim in  
 autores ſcriptaq; abolita, quamuis probarentur ali-  
 quot ante annos, etiam Auguſto audiente recitata.  
 Quibusdam cuſtodie traditis, non modò ſtudenti ſo-  
 latium ademptam, ſed etiam ſermonis & colloquij  
 uſus. Citati ad cauſam dicendam, partim ſe domi uul-  
 nerauerunt certi damnationis, ſed ad uexationem  
 ignominiamq; uitandam: partim in media curia ue-  
 nenum hauſerunt, & tamen colligatis uulneribus ac  
 ſemianimes, palpitantesq; in carcerem rapti. Nemo  
 punitorum non & in gemonias abiectus, uncoq; tra-  
 ctus. Viginti uno die abiecti tractiq;. Inter eos pueri  
 & ſcœminæ. Inmatura puellæ, quia more tradito ne-  
 ſas eſſet uirgines ſtrangulari, uitiatæ prius à carniſe  
 ce, dein ſtrâgulatæ. Mori uolentibus, uis adhibita ui-  
 uendi. Nam mortem ad eò leue ſupplicium putabat,  
 ut cum audiſſet unum ex reis Carnulium nomine an-  
 ticipaſſe eam, exclamauerit: Carnulius me euasiſt. Et  
 in recognoſcendis cuſtodijs, precanti cuidam pœnæ  
 maturitatem, reſpondit: Nondum tecum in gratiam  
 redij. Annalibus ſuis uir conſularis in ſeruit, frequen-  
 ti quoniam

ti quondam conuiuio, cui & ipse affuerit, interrogatum eum subito, & clarè à quodā nano astante mente inter Capreas, cur Pacionius maiestatis reus, tam diu uiueret, statim quidem petulantiam linguae obiurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse Senatui, ut de poena Pacionij quamprimum statueret.

Crudelitas & scuitia eiusdem aucta.

CAP. LXII.

**A**Vxit intenditq; scuitiam, exacerbatus indicio de morte filij sui Drusi: quem cum morbo, et intemperantia perijisse existimaret, ut tandem ueneno interemptum fraude Liullæ uxoris, atque Seiani cognouit, neq; tormentis, neq; supplicio cuiusquam pepercit, soli huic cognitioni adeò per totos dies deditus & intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam euocarat, aduenisse sibi nunciatum torqueri sine mora iusserit, quasi aliquis ex necessarijs quæstioni adesset: deinde errore detecto, & occidi, ne † diulgaret iniuriam. Car-nificiæ eius ostenditur locus Capreis, unde damnatos post longa & exquisita tormenta, precipitari coram se in mare iubebat, excipiente classiariorum manu, & contis atq; remis elidente cadauera, ne cui residui spiritus quicquam inesset. Excogitauerat autem inter genera cruciatus, etiam ut larga meri positione per fallaciam oneratos, repente ueretris deligatis

† Alias,   
 aulgaret.



gatis, fudicularum simul urinæq; tormento distendebat. Quod & nisi eum mors præuenisset, & Thrasylus consultò (ut aiunt) differre quædam spe longioris uitæ compulisset, plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur, cum & Caium suspectum haberet, & Tiberium ut ex adulterio conceptum aspernaretur. Nec abhorret à uero: namq; identidem felicem Priamum uocabat, quòd sua pestes omnium suorum extitisset.

Contis. *uovt* & est fudes & pertica.

Suspicio qua uixit inter facinora.

CAP. LXIII.

**Q**uam uerò inter hæc non modò inuisus ac deestabilis, sed prætrepidus quoq; atq; etiam cõtunelijs obnoxius uixerit, multa indicia sunt. Aruspices secretò, ac sine testibus consuli uctuit. Vicinæ uero urbi oracula etiam disijcere conatus est, sed maiestate Prænestinarum sortium territus destitit, cum obsignatas, deuectasq; Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum. Vnum & alterum consulares oblatas prouincijs, non ausus à se dimittere, usque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos præsentibus daret, cum interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima, assidueq; illi per legatos & adiutores suos exequenda curarent.

Præneo

TIBERIVS CAESAR. 257

Prænestinarum sortitū.) Præneſte urbs in Italia est, in qua Fortunę fuit magnificū templū, & oraculis æditis nobiliſſimi. Dederunt autem inſonantes ſuſpitioni occaſionē, quibus cinctus eſt locus ille.

Suſpicio nurus & nepotum damnatorum.

CAP. LXIIII.

**N**VRUM ac nepotes nunquam aliter poſt damnationem, quàm catenatos, obſutaq; lectica loco mouit, prohibitis per militem obuijs ac uiatoribus reſpicere uſquam, uel conſiſtere.

Diffidentia & ſuſpicio eiufdem.

CAP. LXV.

**S**EIANUM res nouas molientē, quamuis iam & naſtalem eius publicè celebrari, et imagines aureas coli paſſim uideret, uix tandem & aſtu magis ac dolo, quàm principali autoritate ſubuertit. Nam primò, ut à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumpſit in quinto conſulatu, quem longo interuallo abſens ob id ipſum ſuſceperat. Deinde ſpe aſſinitatis ac tribunitiæ poteſtatis deceptum, inopinantem criminatus eſt pudenda, miſerandaq; oratione, cum inter alia. P. C. precaretur, mitterent alterum è conſulibus, qui ſenem ſe, & ſolum in conſpectum eorum cum aliquo militari præſidio perduceret. Sic quoq; diffidens, tumultumq; metuens: Druſum nepotem, quem uinculis adhuc Romæ continebat, ſolui ſi res poſceret, ducemq; conſtitui præceperat. Aptatis  
ettiam



Specula  
būdus, p  
subinde  
speculans.

etiam nauibus ad quas cunq; legiones, meditabatur si-  
gam, speculabundus ex altissima rupe identidem, si-  
gnaq; ne nunciij morarentur, tolli procul, ut quidq;  
foret factum, mandauerat. Verum & oppressa coniu-  
ratione Seiani, nihilo securior, aut constantior, per  
IX. proximos menses non egressus est uilla, qua uo-  
tatur Iouis.

Speculabundus.) Id est, ferè semper obseruans,  
& speculans.

Conuitia & libelli contra eum editi.

CAP. LXVI.

**V**rebant insuper anxiam mentem uaria urdi-  
que conuitia, nullo non damnatorum, omne  
prebri genus coram, uel per libellos in orchestra po-  
sitos ingereute. Quibus quidem diuersissime afficie-  
batur: Modò ut pro pudore ignota, & celata cuncta  
cuperet nonnunquam eadem contemneret, & pro-  
ferret ultro, atq; uulgaret. Quin & Arthabani Par-  
thorum regis laceratus est literis, parricidia, & cæ-  
des, & ignauiam, & luxuriam obijcientis, monen-  
tisq; ut uoluntaria morte, maxime, iustissimoq; ciuū  
odio quamprimum satis faceret. Postremò semetipse

Tantū nō pertasus talis epistola principio, tantū non sannam  
pro pene. malorum suorum professus est.

Tantum non.) Id est, ferme, nam dicere uult pe-  
ne sannam dixisse adeo omnia collegisse.

Epistola & oratio eius ad Senatum, factum suam  
pro

**Q**uid scribam uobis P.C.? aut quomodo scribā?  
 aut quid omnino non scribam hoc tempore?  
 Dij me, deaq; † pœnis perdant, quem quotidie peri-  
 re sentio, si scio. Existimant quidam, præscisse hæc  
 eum peritiam futurorū, ac multo antè quanta se quan-  
 doq; acerbitas & infamia maneret, prospexisse. Ideo  
 que ut imperium iniret, & patris patriæ appellatio-  
 nem, & ne in acta sua iuraretur, obstinatissimè recu-  
 sasse, ne mox maiore dedecore impar tantis honori-  
 bus inueniretur. Quod sanè & ex oratione eius, quā  
 de utraq; re habuit, colligi potest, uel cū ait, similem  
 se semper sui futurum, nec unquam mutaturum mo-  
 res suos, quamdiu mentis sanæ fuisset: sed exēpli cau-  
 sa cauendum, ne se Senatus in acta cuiusquam obliga-  
 ret, qui aliquo casu mutari posset. Et rursus: Si quan-  
 do autem, inquit, de moribus meis, de uotoq; uobis ani-  
 mo dubitaueritis, quod prius quàm eueniat, opto, ut  
 me supremus dies huic mutatæ uestræ de me opinio-  
 ni eripiat: nihil honoris adijciet mihi patris appella-  
 tio, uobis autem exprobrabit, aut temeritatem dela-  
 ti mihi eius cognominis, aut inconstantiam cōtrarij  
 de me iudicij.

\* Ali. eius  
 perdant  
 quām.

Deuotus  
 uobis, p  
 deditus.  
 in bonam  
 partem.

Statura & membra & ualetudo & incessus

eiusdem. CAP. LXVIII.

**C**orpore fuit amplo atq; robusto, statura quæ in  
 stans



stam excederet. Latus ab humeris et pectore, ceteris quoque membris usque ad imos pedes æqualis & congruens: sinistra manu agiliore ac ualidiore, Articulis ita firmis, ut recens & integrum malum digito te rebrraret: caput pueri uel etiam adolescentis talitro uulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium submissiore, ut ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo uidebatur. Facie honesta, in qua tamen

† al. subiti

crebri, & † subtiles tumores cum prægrandibus oculis et qui (quod mirum esset) noctu etiam in tenebris uiderent, sed ad breue, & cum primum à somno pauissent, demum rursum hebescebant. Incedebat ceruice rigida et obstipa, adducto serè uultu, plerumque tacitus, nullo aut rarissimo etiã cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadã digitorũ gesticatione. Quæ omnia ingrata atque arrogantiæ plena, & animaduertit Augustus in eo, & excusare tentauit sæpè apud Senatũ, ac populum, professus naturæ uitia esse non animi. Valetudine prosperissima usus est, tẽpore quidem principatus penè toto propè illæsa, quãuis à trigesimo etatis anno arbitrato eam suo rexerit sine adiumento, consilio uel medicorum. Talitro.) Id est, unius digiti actu.

Obsersuatio religionum. CAP. LXIX.

**C**irca deos ac religiones negligentior: quippe addictus mathematicæ, persuasioneque plenus

cuncta

Euncta fato agi. Tonitrua tamen præter modum expauescebat: & turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream † ceruice gestauit, quod fulmine afflari <sup>421. capite</sup> negetur id genus frondis.

Artes & disciplina eius. CAP. LXX.

**A**rtes liberales utriusq; generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Coru-  
num Messalam, quem senem adolescens obseruauerat. Sed affectione, & morositate nimia obscurabat stylū, ut aliquanto ex tēpore, q̄ a cura præstantior habetur. Composuit & carmen lyricum, cuius est titulus, † Cōquestio de Iulij Cæsaris morte. Fecit et Græ-  
talias, cō-  
quisicio.  
ta poëmata, imitatus Euphorionem, & Arrianum, et  
Parthenium: Quibus poëtis admodum delectatus,  
scripta eorum & imagines publicis bibliothecis inter ueteres & præcipuos autores dedicauit. Et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maximè tamen curauit notitiam historię fabularis, usq; ad ineptias atq; derisum. Nam & grammaticos, quod genus hominum præcipue, ut diximus, appetebat, eiusmodi serè questionibus expe-  
riebatur: Quæ mater Hecubæ, quod Achilli nomē inter uirgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitæ, & quo primum die post excessum Augusti curiã intrauit, quasi pietati simul ac religioni satisfactorus  
Minois exemplo, ture quidem ac uino, uerum sine ti-

Q bicine



bicine supplicauit, ut ille olim in morte filij.

Peritia sermonis Græci, & abstinencia pronun-  
ciatus eius. CAP. LXXI.

**†** *Al. aliog* **S**ermone Græco, quanquam † aliàs promptus & facilis, nō tamen usquequaq; usus est. Abstiniuitq; maximè in Senatu adeo quidem, ut monopolium nominaturus, prius ueniam postularit, quòd sibi uerbo peregrino utendum esset: atq; etiam in quodam decreto patrum, cū ἰμαβλημῶ recitaretur, commutanda censuerit uocē, & pro peregrina nostratem requirendam: aut si nō reperiretur, uel pluribus & per ambitum uerborum rem enuciandā. Militem quoq; Græcè testimoniū interrogatum, nisi Latine respondere uetuit.

*ἰμαβλημῶ*) Significat aliquid interiectum, aut insertum inunctumq;.

Infirmitas eius, & quòd ad urbem rediens retrocessit. CAP. LXXII.

**B**is omninò toto secessus tempore Romam redire conatus, semel triremi usq; ad proximos nau machie hortos subuectus est, disposita statione per ripas Tiberis, quæ obuiam prodeuntes submoueret. Itèrum Appia usq; ad septimum lapidem, sed prospectis modò, nec aditis urbis mœnibus redijt. Primò incertum qua de causa: postea ostēto territus. Erat ei in oblectamenti serpens draco, què ex consuetudine manu sua

vii sua cibaturus, cum consumptum à formicis inue-  
 nisset: monitus est, ut vim multitudinis caueret. Re-  
 diens ergo prope Campaniam Asturæ, in languorem  
 incidit. Quo paulum leuatus, Cerceios pertendit. Ac  
 ne quam suspitionē infirmitatis daret, castris sibi lu-  
 dis non interfuit solum, sed etiam missum in arenam  
 aprum iaculis desuper petijt: statimq; latere conuul-  
 so, & ut exæstuarat, afflatus aura, in grauiorem reci-  
 dit morbum. Sustentauit autem aliquandiu, quamuis  
 Misenum usq; deuctus, nihil ex ordine quotidiano  
 præmitteret, ne conuiuia quidem, ac cæteras uolup-  
 tates, partim intemperantia, partim dissimulatione.  
 Nam Chariclem medicum, quod commeatu abfuturus,  
 è conuiuio egrediens, manum sibi osculandi causa ap-  
 prehendisset, existimans tentatas ab eo uenas, reman-  
 nere, ac recumbere hortatus est, cenamq; protraxit.  
 Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoq; instans  
 in medio triclinio, astante lectore, singulos ualere di-  
 cente appellare.

Exæstuarat.) Id est, postquam incaluerat, aper-  
 tis nimirum cutis meatibus, aër admissus ad inter-  
 nas partes iam colore naturali raptus ad exteriores  
 causa fuit grauioris morbi.

Locus & tempus mortis eius. CAP. LXXIII.

**I**nterim cū in actis Senatus legisset, dimissos, ac  
 ne auditos quidē quosdā reos, de quibus strictim,  
 & nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat,



pro contempto se habitum fremēs, repetere Capreās quoquo modo destinauit, non temere quicq̄, nisi ex tuto ausurus. Sed et tempestatibus, et ingrauescente ui morbi retētus, paulō post obiit in uilla Licilliana, octauo et septuagesimo etatis anno, tertio et uigesimo imperij, decimosextimo Calen. Apriles, Cit. Accerronio Proculo, C. Porcio Nigro COS S. Sunt qui putent uenenum ei à Caio datum, lentum atq; tabificum. Alij in remissione fortuita febris cibum desideranti negatum; nonnulli puluinem iniectum, cū extractum sibi deficienti anulū mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit, intellecta defectiōne, exemptum anulū quasi alicui traditurū parumper tenuisse, deinde rursus aptasse digito, et compressa sinistra manu eiacuisse diu immobilem, subito uocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul à lectulo deficientibus uiribus contidisse.

In remissione febris fortuita. Oportet enim, deficiente uirtute aegroti, diligēter obseruare remissionē febris ut cibetur, maxime in febris nō circuitu certo repetentibus, ne rediēs febris interimat, non aliquo modo roboratum infirmum.

Signa præcedentia mortem eius.

CAP. LXXIII.

**S**Vpremo natali suo Apollinem Temenitē, et amplitudinis, et artis eximia aduectum Syracusis, ut in bibliotheca noui templi poneretur, uiderat per quietem

quietem affirmantem sibi, non posse se ab ipso de-  
 cari. Et ante paucos, quàm obiret dies, turris Phari  
 terræ motu Capreis concidit, ac Miseni cinis è fauil-  
 la, & carbonibus, ad calefaciendum triclinium illu-  
 tus, extinctus, & in aliu frigidus exarsit repentè  
 prima uespera, atque in multam noctem pertinua-  
 citer luxit.

Letitia Romanorum in morte eius, & gesta  
 per eum. CAP. LXXV.

Prima ue-  
 spera, si-  
 cut prima  
 luce.

**M**Orte eius ita letatus est populus, ut ad pri-  
 mum nunciū discurrentes, pars Tiberium in  
 Tiberim clamitarent, pars terrā matrem, deosq; ma-  
 nes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios  
 darent; alij uncum, & gemonias cadaueri minaren-  
 tur, exacerbati super memoriā pristinae crudelitatis,  
 etiam recenti atrocitate. Nam cū Senatus con. actū  
 esset, ut pœna damnatorum in decimum semper diem  
 differretur, fortè accidit, ut quorūdam supplicij dies  
 is esset, quo nunciatum de Tiberio erat. Hos implo-  
 rantes hominum fidem, quia absente adhuc Caio ne-  
 mo extabat, qui adiri, interpellariq; posset, custodes,  
 ne quid aduersus constitutum facerent, strangulaue-  
 rūt, obieceruntq; in gemonias. Creuit igitur inuidia,  
 quasi etiam post mortem tyranni, seuitia permanen-  
 te. Corpus ut moueri à Miseno cœpit, cōclamantibus  
 plerisq; Atellam potius deferendū, & in amphithea-



246 C. SVETONII TRANQ.  
tro semiustulandum, Romam per milites deportatum  
est, crematumq; publico funere.

Semiustulandum.) Hoc est, semicomburendum,  
femiustus dicitur dimidia parte ustus.

Testamentum & ultima dispositio eiusdem.

CAP. LXXVI.

**T**estamentum duplex ante biennium fecerat: al-  
terum sua, alterum liberti manu, sed eodem ex-  
emplo: ob signaueratq; etiam humiliorū signis. Eo  
testamento heredes æquis partibus reliquit, Caium  
ex Germanico, & Tiberium ex Druso nepotes: sub-  
stituitq; inuicem. Dedit et legata plerisq; inter quos  
uirginibus Vestalibus, ac militibus uniuersis, plebiq;  
Romana uiritim, atq; etiam separatim uicorum ma-  
gistris.

SVETONII TRAN-  
QVILLI C. CAESAR CALIGVLA.

De Germanico patre Caligulae.

CAP. I.



Excessus,  
pro obitu,

fit. Missusq; ad exercitum in Germaniã, excessu Au-  
gusti